



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

**Parisiis, 1644**

Svscriptiones.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15300**

Agapium vero & Bobonem Diniensis vrbis episcopos, pro eo quod ipsos contra statuta Canonum in multis conditionibus errasse vel deliquisse cognouimus, ipsos iuxta tenorem Canonum ab omni episcopatum ordine decreuimus degradare.

SUBSCRIPTIONES.

Candericus episcopus ecclesie Lugdunensis, his constitutionibus subscripsi.

Landalenus episcopus ecclesie Viennensis, his constitutionibus subscripsi.

Audoenus episcopus ecclesie Rothomagensis, his constitutionibus subscripsi.

Armentarius episcopus ecclesie Senonicæ, his constitutionibus subscripsi.

Vulfoledus episcopus ecclesie Bituricæ, his constitutionibus subscripsi.

Donatus episcopus ecclesie Vefontiensis, his constitutionibus subscripsi.

Rauracus episcopus ecclesie Niuernensis subscripsi.

Deodatus episcopus ecclesie Matisconensis subscripsi.

Pappolus episcopus ecclesie Genauenis subscripsi.

Palladius episcopus ecclesie Autisiodorensis subscripsi.

Ferreolus episcopus ecclesie Augustodunensis subscripsi.

Bertoaldus episcopus ecclesie Lingonicæ subscripsi.

Audo episcopus ecclesie Aurelianensis subscripsi.

Malardus episcopus ecclesie Carnotinæ subscripsi.

Aurelianus episcopus ecclesie Ventiensis subscripsi.

Baudomeris episcopus ecclesie Tarantasiensis subscripsi.

<sup>1</sup> Protasius episcopus ecclesie Sedunensis subscripsi.

Ingildus episcopus ecclesie Valentinæ subscripsi.

Clarus episcopus ecclesie Gratianopolitanæ subscripsi.

Gratus episcopus ecclesie Cabilonensis subscripsi.

Florentinus episcopus ecclesie Bellicensis subscripsi.

Ætherius episcopus ecclesie Ebredunensis subscripsi.

<sup>4</sup> Magnus episcopus ecclesie.

<sup>5</sup> Betto episcopus ecclesie Tricastinensis subscripsi.

Potentissimus episcopus ecclesie Vappicensis subscripsi.

Arricus episcopus ecclesie Lausanensis subscripsi.

Claudius episcopus ecclesie Regensis subscripsi.

<sup>6</sup> Licerius episcopus ecclesie Vindaufcensis subscripsi.

Petronius episcopus ecclesie Vasionensis subscripsi.

Bertefredus episcopus ecclesie Ambianensis subscripsi.

- Eligius episcopus ecclesie Nouiomensis subscripsi.  
 Deocarius episcopus ecclesie Antipolitanæ subscripsi.  
 Leborius episcopus ecclesie Maurianensis subscripsi.  
 Chairibonus episcopus ecclesie Constantinæ subscripsi.  
 Amlacarius episcopus ecclesie Sagensis subscripsi.  
 Launobodus episcopus ecclesie Lexouiensis subscripsi.  
 Ragnericus episcopus ecclesie Ebroicensis subscripsi.  
 7 Betto episcopus ecclesie de Iuliobona subscripsi.  
 Betto abba in vicem Latini episcopi ecclesie Turonica sub-  
 scripsi.  
 Chaddo archidiaconus in vicem Salappii episcopi ecclesie Nam-  
 neticæ subscripsi.  
 Gerموaldus abba in vicem Audoberti episcopi ecclesie Parti-  
 siacæ subscripsi.  
 Paternus abba in vicem Felicis episcopi ecclesie Lemouicæ sub-  
 scripsi.  
 Chagnoaldus abba in vicem Chadoindi episcopi ecclesie Ce-  
 nomannicæ subscripsi.  
 Bertulfus abba in vicem Durioteri episcopi ecclesie Redonicæ  
 subscripsi.

EPISTOLA  
 CONCILII CABILONENSIS  
 AD THEODOSIVM EPISCOPVM ARELATENSEM.

\* *Domino semper peculiari suo Theodosio cætus episcoporum, qui  
 nuper est Cabilono vrbe cum Christi gratia adunatus.*

OMNIBVS veridica relatione perpatuit, quod nec vos  
 credimus ignorasse, quod gloriosus domnus Clo-  
 doueus rex in superscripta vrbe Cabilono octauo Kalen-  
 das Nouembris, synodale præcepit esse Concilium. Vbi  
 omnibus nobis, qui in basilica domni Vincentii pariter re-  
 sidentes vestrum aduentum, dum vos propinquos, &  
 iam in ipsa vrbe esse audiuius, omnimodis præstolati  
 sumus, datur intelligi pro qua re vos in ipso Concilio  
 non voluistis adesse, dum multa aduersus vos, & de in-  
 decenti vita, & de excessu Canonum, quod maxime  
 condolemus, peruulgata narrantur. Nam & scripta, qua-  
 liter vos constitit pœnitentiam fuisse professos, vestra  
 manu vidimus, & comprouincialium vestrarum mani-  
 bus roborata. Vnde vos credimus iam legisse, nec nos  
 penitus ignoramus, quod qui publice pœnitentiam pro-  
 fitetur, episcopalem cathedram nec tenere, nec regere  
 potest.